



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1525. usque ad annum 1529

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118480**

§. 44. Campegius Cardinalis in Angliam delatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66472](#)

tempore a quopiam conspiciendam fo- Sæcul. XVI.  
re; eoquod illa nullatenus pro promo- A.C. 1528.  
venda judicii sententia uti intenderet, sed  
unice, ut per eam Regi demonstrare va-  
leret, quod Sanctitas sua mente since-  
ra Henrico faveat, nec eum circumve-  
nire voluerit, dum hæc verba pronun-  
ciabat: *Faciam Regis caussa, quicquid  
jure mihi facere licebit.* Postea in ea-  
dem epistola Cardinalis subjunxit; quod  
haud aliud supersit medium, quo suam  
apud Regem auctoritatem tueri posset,  
si igitur eum hoc favore dignum cen-  
seret, vicissim & ipse pro defensione, ac  
Sanctitatis suæ gloria, sedisque Apo-  
stolicæ incremento omnia impendere,  
quin & propriam quoque vitam profun-  
dere velit.

### §. XLIV.

#### *Campegius Cardinalis in Angliam delatus.*

Cum igitur Papa Volsæo multis no- minibus obstrictus esset, ejusdem votis annuere paratus erat, quin tamen propterea se penitus ejus arbitrio relin- queret, hancque ob rem Papa, dum Bullam Regi concederat, præfatas cau- tiones adhibebat. Ea ergo ad Regem deferenda Campegio tradebatur, qui gravibus podagræ doloribus oppressus

non-

Sander. I. 1.  
Guicc. I. 19.

Sæcul. XVI. nonnisi ineunte Mense Octobri in An-

A.C 1528.

gliam venit. Comitabatur eum Rudolphus filius ejus secundo genitus; quippe, cum adhuc Patavii juris scientiam publice traderet, uxorem legitimo connubio sibi junctam habebat. Vix Angliam intraverat Cardinalis, cum illico Volsæus eum instanter rogaret, ut Bullam nonnullis Senatoribus ostenderet; illud enim Pontificis diploma ad alios, ac antea afferuerat, usus adhibere intenderat Volsæus. Ast Campegius insuperhabit is hinc importunis precibus palam profitebatur, sibi disertis verbis esse injunctum, ut Bullam nemini nisi Regi & Volsæo exhiberet. Henricus hanc agendi rationem vehementer indignatus, graviter conquestus est de summo Pontifice, qui tamen nullatenus Legatum suum increpabat, sed sine ambage hæc asserebat, Campegius rem bene gessit, ac mea jussa fideliter executus est; cum vero Volsæus mea bonitate abuti voluerit, me ei hanc gratiam concessisse pœnitet; de cetero ejus literas adhucdum teneo, Casalius etiam, & Gardinerus probe noscunt, sub quibus conditionibus hanc Bullam concesserim, hinc summopere mihi displiceret, si ea quibusdam Consiliariis ostenderetur; nam facile errore seducti rem, quam illicitam censemabant, approbare possent,

possent, eorumque noxa in caput meum Sæc. XVI.  
reverteretur: ideo cum Bulla intentum A. C. 1528.  
fortita sit effectum, comburatur; ego  
autem promissis meis integra fide sta-  
bo, si vero, quæ perperam fuere sparsa,  
probari possunt, hac de re judicium in-  
struatur, statimque sententia Regi pro-  
pitia confirmetur.

## §. XLV.

*Dubia fides hujus Bullæ a Papa  
Campiego traditæ.*

Scriptorum quamplurimi hanc Clemen- *Le Grand*  
tis Papæ Bullam mere confictam *hist. du di-*  
existimant: Quid de ea sentiat Joachi- *vorce tom. I.*  
mus Le Grand in sua de divortio histo- *en douze p. 91*  
ria percipiamus, ubi sic loquitur: „Cre-  
„dant alii de Clemente VII. Papa, quic-  
„quid velint, nullo tamen pacto com-  
„prehendi valet, qua ratione tamdiu  
„falsa hæc opinio invalefcere potue-  
„rit, quod idem Papa Bullam edide-  
„rit, qua Henrici octavi, & Catharinæ  
„de Arragonia connubium irritum de-  
„clarasse fingitur. Nam quamvis Pa-  
„pa Cæfaris indignationem incurrere  
„veritus fuisset, Regisque Angliæ fa-  
„vorem conservare studuisset, ut au-  
„tem utrumque assequeretur, certe  
„haud opportunius suppeterbat con-  
„suum, quam illud ipsum ab eo arre-  
„ptum,